



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Liber De Regno Dei, De Qvo Christvs Loqvvtvs Per Dies quadraginta

Flavin, Melchior de

Parisiis, 1566

De libertate ac dominio & seruitute legis per Christum parta.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29986

modus. Iob. 6. Terrores Domini militant
 contra me: excitant etiam nos ad quaerendam vitam
 coelestem in qua erimus liberi his malis Mich. 2. Surgite, ite quia
 non habetis hic requiem. Mala enim quae nos hic premunt ad Deum nos ire
 compellunt. Christus in primo quidem suo adventu abstulit peccatum.
 Ioan. 1. In secundo autem absoluet nos omnibus poenis quas inuexit
 peccatum. Apoc. 21.

Iob. 6.

Dent. 29.

Mich. 2.

Gregor.

Ioan. 1.

Apoc. 21.

De libertate ac dominio & seruitute legis per Christum parta. CAP. 19



Non immerito Dominus pollicitus est nobis benedictionem per Christum. Gen. 22. & Gal. 3. Nam eramus omnes sub maledicto transgressionis legis constituti: cum siquidem essemus omnes peccatores, eramus & transgressores vel legis naturae, Rom. 2. vel scriptae Rom. 3. praearicatores enim reputavi omnes peccatores terrae. Psalm. 118. Omne enim peccatum est iniquitas ἡ ἀνομία, sed maledicti (inquit ps.) qui declinant à mandatis tuis, & de lege naturae quam omnes transgressi sunt. De lege autem Moyfi inquit Christus nemo

Gen. 22.

Gal. 3.

Rom. 2.

Psal. 118.

1. Ioan. 3.

H

Ioan. 7. & Pet. Act. 15. ex vobis facit legē Ioan. 7. & Pet. Act. 15.
 Act. 15. onus quod neque nos neq; patres nostri
 potuerunt portare, sed per gratiam Do-
 mini nostri Iesu Christi credimus salua-
 ri. qui enim offenderit in vno factus est
 Iacob. 2. omnium reus Iacobi 2. Atqui quādiu lex
 Galat. 5. carnis est in nobis quæ per animam con-
 cupiscit aduersus spiritum ad Gal. 5. non
 diligimus Deum ex toto corde: & ex to-
 August. de ta anima ex August. de perfect. iustitiæ &
 perf. iust. Rom. 8. Rom. 8. Nam quod impossibile erat legi
 Rom. 8. quæ infirmabatur secundum carnem per
 legem carnis, Deus filium suum mittens
 de peccato id est de se ipso immolato,
 pro peccato damnauit peccatum, vt iu-
 stitia legis in nobis impleretur. Propterea
 dicitur Christus finis legis, ad iustitiam
 Rom. 10. Rom. 10. Adde etiā quod
 secundum suam perfe- non implemus illud præceptum non cō-
 ctionem & cupisces ad Gal. 5. At omne peccatum re-
 in sensu quē ducitur ad illud non cōcupisces. Rom. 7.
 facit. Galat. 5. Hæc duo inquit August. Diliges Domi-
 Rom. 7. num ex toto corde & tota anima, & non
 August. lib. cōcupisces non plenè obseruamus in hac
 de perfect. iust. contra vita. Quare opus est vt quotidie dicamus
 pelagi. Dimitte nobis nobis debita nostra. Idcir-
 Matth. 5. co opus iustitia Christi quæ dicitur Hebr.

benedictio בְּרֵכָה Id est donum quam iustitiam fide consequimur, Rom. 8. & 10. Rom. 8. & 10.
 Quia lex spiritualis est & nos carnales, Rom. 7.
 Rom. 7. ad eam seruandā operæ præteritum Rom. 7.
 est à spiritu sancto nobis infundi gratiã,
 & charitatem. Is autem spiritus per fidem
 Christi nobis præstatur: sine quo spiritu
 charitatis seruamus tantum externè legē:
 non gratis, propter Deum duntaxat sed
 intus est amor commodi, vel timor pœ-
 næ qui non est cum charitate, 1. Ioan. 4. 1. Ioan. 4.
 Vna enim cupiditas carnalis qua pecca-
 tū augetur non sanat alium. Vnde hi sunt
 filij ancillæ, Gal. 4. qui ex cupiditate mer- Gala. 4.
 cedis seruant legem. Nos igitur conuicti,
 & confessi præuaricatores legis, subijcie-
 bamur duplici maledicto: culpæ videli-
 cet & pœnæ. Quare Christus suscepit ma-
 ledictum: pœnæ opprobrium factus, &
 execratio, Gal. 3. & Roma. 15. cum iniquis Gala. 3. & Roma. 15.
 reputatus in morte, Esa. 53. Nos reputaui- Esa. 53.
 mus eum quasi percussum à Deo: susce-
 pit utique maledictum legis & execratio-
 nem, Deutero. 21. Maledictus qui pender Deut. 21.
 in ligno. Sicut dicitur peccatum, Rom. 8. Roma. 8.
 2. Corint. 5. Nullus enim nostrum habet 2. Cor. 5.
 completam legis iustitiam: quæ tamen

Pfal. 14.
 & 23.
 Matt. 5.

Ioan. 7.

Rom. 8.
 2. Cor. 5.

Rom. 10.
 1. Cor. 1.

Rom. 4.
 Si desit fides
 & opus
 operandi
 praeiudicium
 in morte.

Ad gal. 4.

Rom. 6.

1. ad Tim. 1.

necessaria est ad consecutionem vitae. Psal. 14. & 23. Depto vno Christo qui habuit perfectissimam, Mat. 5. Non praeteribit vnum iota, vel vnus apex à lege, quin omnia fiant, & adimpleatur, à me scilicet. Quae enim placita sunt patri, facio semper. Illa autem iustitia legis, qua Christus praeditus est per fidem, efficitur nostra, Rom. 8. 2. Corint. 5. Finis enim legis Christus est, ad iustitiam omni credenti: qui factus est nobis iustitia, sanctificatio, & redemptio. Siquidem reputatur fides de Christo ad iustitiam, Rom. 4. perinde atque si legi satisfecerimus. Ideo in Christo, & per Christum, datur nobis cum iustitia fidei, tum etiam legis, per quam asserimur à legis maledicto: cui obnoxij sunt quotquot adamusim non seruant eam vsque ad vnum iota, & apicem. En iam praemōstratū quomodo liberati à maledicto legis. Nunc exponendum est quomodo liberati à dominio legis. Christus enim factus est sub lege, vt eos qui sub lege erant redimeret. Non enim inquit Paul, Ro. 6. estis sub lege, neque iustis est lex posita. Non quod simus exleges. Sumus enim in lege cum eam adimplemus, & serua-

mus non pertracti vel timore seruili, vel mercenaria cupiditate, sed agimus spiritu Dei, spiritu inquam charitatis, qui testimonium perhibet quod sumus filij Dei. Enimvero eadem est lex Dei & nostra charitas: videlicet, 1. Ioan. 4. vt quemadmodum ille est, sic & nos in hoc mundo sumus, vt sicut ille per charitatem operatur, sic & nos ceu filij, imitemur patrem. Is enim qui est in lege amicus est iustitię: & ex amore cauet à peccato. Is autē dicitur esse sub lege, & spiritu seruitutis, qui solo timore pœnæ auocatur à malo: interim inimicus est iustitię: odio prosequens legem, & eius latorem. Cum enim peccatum omne ex ipsa concupiscentia oriatur. Illa autem irritata per legem, tantum abest vt minuatur, quin potius accrescit. Opus est ergo vt per spiritum sanctum fanetur voluntas, qui loco malæ concupiscentiæ infundat bonam concupiscentiam: id est charitatem, & tum non indiget legis imperio, 1. ad Timoth. 1. Iustis non est lex posita. Nam vltro operantur adacti amore, & charitatis lege illam iustitiam Christi. Lex ostendit & non exhibet, Roma. 3. 4. & Galata. 3. sed ad Chri-

1. Ioan. 4.

Roma. 7. &
Iac. 1.

1. ad Tim. 1.

Rom. 3. 4.
& Gal. 3.

stum nos remittit vt fide eius iustificemur. Nam lex per Moysen data est: gratia autem, & veritas per Iesum Christum. De illa iustitia testati sunt lex & propheta, Roma. 3. De qua Bernardus, *Rom. 3.* Non tãquam inuitis imposta est lex sed voluntariis: eo liberaliter data, quo suauiter inspirata. *Bernard. 11. Epi. ad Carthusienses. Matth. 11.* Iugum enim meum suaue est. Bona lex charitas quæ facit vt suauiter portentur leges Dei. Item tertio vindicati sumus per Christum à iugo legis cæremoniarum. *Galat. 5. & Act. 15. & iudicialium. Matth. 5. & Ioannis 8.* de quibus infra. Animaduerte autem quod nullus vnquam per legem consecutus est vitam æternam sed per fidem Iesu Christi. *Rom. 4. & Galat. 3. & 4.* Merces siquidem fidei est visio Dei. Opera verò legis habent suam mercedem, & augent hæreditatem, quam fide consequimur: quemadmodum Iacob dedit Ioseph partem extra fratres suos *Gen. 28. & Ioan. 4.* Lex tantum pedagogus est in Christo *Gal. 3.* seruans à malo & præparans ad fidem: qua reuelata in aduentu Christi, Sumus extra pedagogum & tutores *Galat. 4.* Apti ad hæreditatem capeßendam quam nõ dat

ipse pedagogus, sed filiatio que nobis cō-
 tingit fide. Ioan. 1. & Gal. 3. Vnde in Chri-
 sto consequimur iustitiam legis: per iusti-
 tiam fidei. Christus igitur nos asseruit à
 maledicto legis dominio, & iugo, à lege
 peccati, & mortis in qua nascimur: & in
 Christo exhibetur nobis remissio trans-
 gressionum legis. Ephes. 1. Hebr. 9. Act. 5. *Ephes. 1.
 Hebr. 9.
 Act. 5.*
 & 10. & 13. Per Christum vobis remissio
 peccatorū annunciatur ab omnibus qui-
 bus non potuistis in lege Moyfi iustifica-
 ri in hoc omnis qui credit iustificatur. *10. & 13.*

*De libertate Christiana, quam nacti
 sumus per Christum.* C A P. 20

EXposuimus iā qui in Chri-
 sto benedictionem adepti
 sunt: omnes gentes in Adā
 maledictæ: cum ille factus
 est sub maledicto, & in-
 uētus sicut reus inter duos
 maleficos crucifixus: factus est sub lege
 tanquam seruus legis, vt nos vindicaret
 ab eius seruitute. Gal. 4. Ipse demum cum *Gal. 4.*
 esset filius Dei liberrimus. Matth. 17. For- *Matth. 17.*
 mam serui accepit subditus morbis no-
 stris, Heb. 3. & 4. Item morti quam timuit *Heb. 3. & 4.*